Notae. - Humbertus de Asneris: Dominus s. Juliani supra Reyssoygam fluvium, in Sabusianis. - Ut moris est: notata digna proventus est consuetudo illa, quae Dominus, qui suorum sive tailabilium, aut manus-mortalium hominum (ut apud nostratos Sabusianos loquimur) in munitione vellet, tertiarum bonorum, hanc partem retinebat in pretium, libertatis concessae; quam consuetudinem, secuti sunt Carolus VI, Francorum rex, edicto 1402, et successivus Emmanuel Philibertus, Sabaudiae dux, edicto manuscripto s. orio anni 1561. - Montis menulae: Carthusia est apud Sabusianos olim Vallis s. Stephani dicta, vulgo Montmale, juxta Reyssoygam fluvium, et s. Juliani oppidum. -

Ita Guichenon, Bibliotheca Sabusiana, Lyon, 1666, pag. 39-40, centuria 1, caput 16.

Suite de la Contable. Annales III. pag. 356-357. -

Page 355: « Fondationis illius pro Benedictinis autorem Guichenon facit Hugonem de Asneris, s. Juliani supra Reyssoygam dominum; idque praestat auctoritate quarundam litterarum Alexandri IV, quibus humilis Pontifex Humberto, prefati Hugonis filio, licentiam dedit sepulturam in hac domo eligendi, eundem Hugonem fundatorem vocat. -

« Alexandri etc. dilecto filio nobili viro Humberto de Asneris, Lugdunensis diocesis, salutem et Apostolicam benedictionem, Pro devotione sincera quam circa dilectos filios fratres domus Vallis s. Stephani, Carthusiensis praesens Lugdunensis diocesis, obtentu nominis divini gerere dicere, te digne protaque maiori favoris gratia specialis. Cum itaque Hugo, quondam patris tuus, sicut asseris, domum ipsam de propriis bonis tuis pietatis interitus fundaveris, et ipsius corpus sit idem, ecclesiasticae traditam sepulturae; nos tuis supplicationibus inclinati, ut, si fratribus ejusdem placeat, te in eadem domo ponis digere.

eligere sepulchram, statuto contrario ipsius ordinis non obstante, tibi auctoritate
presentium licentiam largimur. Datum Neapoli sexto Kal. februarii, Pontificatus
nostri anno 1.º qui fuit christi 1255. —

Et si hujus bullae auctoritas dubia non videatur, eam tamen pariter
conferre credimus ad ostendendum Hagonis fundatoris titulum, quoniam huiusmodi
Pontifici ei ad solam eius filii confirmationem tribuit. Nihil enim in hujus
domus tabulariis propter praefatam bullam occurrit quo demonstrari possit
procuratorem hunc ab Hagonis dotatum et edificatum fuisse, cuius tamen fun-
dator esse solum dici potest, quod praecipuus forsitan extiterit illius benefactor.
Hanc igitur procuratorem censimus dominis de Belgia potiori jure
tribuendam, qui tot et bona et privilegia ei concesserunt, non solum
ante, sed post illius ad ordinem nostrum transcriptionem. Unde mirum
non laudum et Humbertum de Asneris milites, quos Guichemo essent
eisdem Hagonis fuisse filios, in eodem die et Fundatores domus
istius. Nam si hic Humbertus idem est qui litteras a summo Pontifice
anno 1255 impetravit, aut in his eandem sibi non arrogavit titulum,
Nihilominus eidem Humberto eiusque antecessoribus beneficentiam no-
men non videtur esse denegandum. —

Primas vero Cartachentibus in hac domo gratificatus fuisse agnoscitur
Raynaldus de Belgia, Ulrici filius et alterius Ragnaldi, de quo supra
notat, qui ducentas libras in cellarum edificationem largitus est,
nostroque aeras eorum omnes ad eam diem talem adiecit.

Albertus, dominus de Berre et de Colonia, ex Beatrix uxoris parte
anno 1234, et jam vidimus, et Joannell comes Burgundiae anno 1237
quaedam bona contulerunt, sicut Petrus de Equalane sive de Aquabona
in Sabaudia, Guillelmi Sabaudae, Thome comitis filii, episcopi Valenti-
nensis promus (sic) sive capellanum procurator, et cum vocat Matthaeum
Parisiensis, qui dominum suum in Angliam secutus, eius gratia ad
episcopatum Herefordensem erectus est, unde forsitan Parisiensis,
Sabaudis infans, in Petrum inchoitum eiusque famam multum igno-
— minida

ignominiosae maculis obscurat. Constat tamen eum fuisse in
pauperes monachos beneficem, Nos namque cartusienses
in hac domo eorum temporalium inopia laborantes et bonorum
largitione letarant, et magni benefactoris nomen meruerunt.
Caenolium quoque apud Aquambellam, ubi natus est, condidisse
atque canonicis Herefordensibus 190 praementi modios certa
lege annuatim distribuenda legasse, scilicet Goswines. Obiit
anno 1268, quo etiam tempore decessit alter huius domus
benefactor, scilicet Stephanus de Montalepalle Humberti in
domum Portariani beneficii filius, et in gratiam talia eorum
a se Regem Angliae favore pollentium Cantuariensis archidiaconi,

Stephanus de Thoise et de Villars, anno 1246; Pontius de Gorrard,
Guidonis (a quo ducet de Pont de Vaen) filius, anno 1260; Joannes
de Balma, comes de Montard, anno 1435; et plures alii quos
Quichano in diversis locis recenset. — Qui vero in chartis capitula-
ribus inter defunctos reperiantur, hi sunt: Joannes Morelli
dicitur promotor et benefactor Montis merulae et Vallis bonae (ex ch. 1457)
Honestâ domina Peronetta Malachide, (ex ch. 1498), Philibertes Emma
Dortans, dominus de Lyonnieres, (ex ch. 1618). — Joannes Duradus,
cureo parochiae Varennae s. Salvatoris, singularis dicitur benefactor,
quam ob rem missam de B. Maria meruit per totum ordinem et
anniversarium sub die obitus sui 5 Octobris. — >> —

46 Idem pag. 374-381: 16 Anno 1213, quo Abbas Tugi dâi, ordinis
s. Benedicti, translationem monachorum ac proinde totius
prioratus Montis merulae ad nostrum ordinem ante tres annos
auctoritate Pontificia factam sequeferens, raris omnibus visus
est, nostris expulsis, suos quondam monachos, novos dico Car-
tusienses, curam sibi haecque Abbatia subijcere. Impetratis
igitur a sancta sede Apostolica animo sibi adictis Commissariis
Abbate scilicet Firmitatis, ordinis Cisterciensis, cum duobus
aliis

aliis duobus collegis, rem adeo valide persequens est, ut duo ex iudi-
 cibus, altero licet non consentiente nostrisque vix auditis, sen-
 tentiam secundum Benedictinos pronuntiarent, qua inter cetera
 possessionem Montemerulae Tugo Dei addicunt, priori praecipiente
 et Abbati sicut prius obedientiam praestet, Cartusienibus vero
 illuc a domo bellionis missis, ut loco quanto ius cederent. Nec
 mora, his armis instructis Abbas confusaque monachorum ^{stipatus}
 agmine, Montemerulae circumcludit, munitiones ejus, villulas
 dicos sive grangias ac cetera quae extra cartusiam ambitum
 invenit, violentatim intercipit. Deinde structis in aditu domus insi-
 det, prolixatorem incaute januam spoliatam tumultuaria
 monachorum et laicorum catervis invadit, spoliaturusque
 capta et cuculla impie opprimit. Hoc primo impetu Montem-
 erulae expugnatam Abbas ingreditur; ecclesiam primum,
 deinde cellam sinariam omnesque officinas occupat, cellas
 ad cartusiensem usum erectas, tanquam sibi inopias subvertit.
 Nostros vero, ne vim eorum personae inferre viderentur, subditi-
 collide ciborum, fame pressos discedendi licentiam ab eo implo-
 rare cogit; quam ipsis eo concessit libentius quod ex eorum
 decessu dextiora et tranquilliorem loci possessionem se
 permanentem crederet. Nec certe in hac narratione declama-
 torem ago, haec enim omnia testata fiunt ex litteris postea
 inserendis. Nihilominus Abbas sibi semper timens, quendam
 ex suis monachis Romam a legat qui auctoritatem Abbatiae quae
 summum Pontificem tuetur. Ad Popam nostrae de Tadicum
 sententiae jam provocaverat, quod in Apostolicis litteris ab Ab-
 bate nullatenus fieret licentiae Montemerulani monachis
 factae, sese ad cartusiensem institutum transferendi mentio.
 Verum enim vero, prius Cartusiae Tancelinus provocationem
 noluit ulterius prosequi, prohibuitque nequisquam propterea
 Romam

Romam praemitteretur, injuriam molens solo patientia clypeo
retundere. At Montismerulae prior, cuique qui cum eo vitam fuerant
Cartusianam amplectati, ab ea se per vim avelli minime patientes
neminem, ne Tancelini viderentur imperium negligere, ad Pontificem
misissent, sed scriptis duntaxat litteris rogaverunt ut suam licentiam
ejus auctoritate nobis rata subidderant, firmam dignaretur incon-
-cussamque praestare. - Audito Abbatis procuratore, lectis quoque prioris
Montismerulae litteris, novos Innocentius iudices constituit, archie-
-piscopum Lugdunensem, Matiscensem episcopum et Insulae
Barbarae priorem, qui de priorum iudicium sententia et Cartusien-
-sium appellatione cognoscerent. His littera hoc anno mense maio
data, hanc habet formam:

11 Innocentius episcopus etc. ... Venerabilibus fratribus archiepiscopo Lug-
-dunensi, et episcopo Matiscensi et dilecto filio Priori de Insula Barbara
Lugdunensis diocesis, salutem et Apostolicam benedictionem.
R. monachus procurator Abbatis et conventus de Tuge dei propositus
in vestra praesentia constitutus, quod cum Fratres de Seillon, Cartu-
-sienis ordinis, Lugdunensis diocesis, ipsos de prioratu Montismerulae,
quem per quadraginta annos et amplius possederant, sine lite contra
iustitiam spoliarent, et iidem ad Abbatem de Firmitate suosque
confiuges super hoc necessarios impetrassent litteras contra eos
lite legitime contestata coram ipsis, tandem pars Cartusienis
invocem appellationis prorumpit cui licet unus dictorum iudicum
duxerit referendum, alii tamen appellationem ipsam frustra-
-toriam reputantes, diem ad agendam partibus assignarunt.
Ad quem cum pars monasterii de Tuge dei suum syndicum desti-
-nasset, parte reliqua se per contumaciam absentante, iudices
ipsi ad receptionem testimonii productorem ab eodem syndico
procederent; demum attestationibus eorumdem diligenter inspectis
cum eis de causae meritis plenius constitisset, praedicto monasterio
sententiam

sententiam protulerunt, at prior Montemerulae Abbati dicti monas-
 terii obedientiam faciat sententialiter decernentes. litterae vero
 prioris et conventus Montemerulae nobis exhibitae continent, quod cum dictus Abbas per violentiam sequestrationem praefatas litteras
 impetrasset, iidem de prudentium virorum consilio nostram audien-
 tiam appellaverunt, quorum appellationi licet ut dictum est unum
 detulerit iudicium praedictorum, reliqui tamen insulam pro
 sua voluntate arbitrio procedentes, praefato monasterio prioratum
 ad iudicandum praedictum. In hoc nihilominus excommunicationis
 sententiam praefarentes, cujus occasione sententiae dictus Abbas
 in monasterium irruens eorumdem, grangias quascumque quae
 erant in illis per violentiam occupavit et detinet occupatas, plures
 praeterea ipsis gravibus et injuriis existens, quia vero super hoc
 non potuit nobis fieri plena fides, praesertim cum ex parte Cor-
 ticionum nullus apparuerit legitimus procurator, Discretionem
 vestram per Apostolica scripta mandamus quatenus de appellatione
 legitime cognoscatis, sententias ipsas confirmantes vel infirmantes
 appellatione remota, sicut de jure fuerit faciendum. Quod si non,
 omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum cum nihil-
 minus exequantur, vos denique Fratres, Archiepiscopi et Episcopi,
 super vobis ipsis et credito vobis grege taliter vigilare curatis, extirpando
 vitia et virtutes plantando, ut ex novissimo districte steminis
 sic, coram tremendo Judice qui reddit unicuique secundum
 opera sua, dignam possitis reddere rationem. Datum Later.
 12. cal. Junii (21 Maii) Pontificatus nostri anno 1173. —

Interea celebrantur comitia ordinis ubi Patres, cognita
 Montemerulanorum cartularum causa et iustitia, auditisque
 quibus eos Abbas Taji dicit fuerat insectatus injuriis et violentiis
 saevient facti atrocitatem summo Pontifici plenius exponen-
 dam, Sancimus itaque nomine ordinis quendam e nostris
 inquisitionis

inquisitionis commentario ac plurium virorum fide dignorum tum
Proclatorum tum aliorum Nobilium rei veritatem testificantium litteris
munitum ad Innocentium delegavit, qui subiectum mandatum ad episco-
pum Maticonensem et alios iudices recte retulit.

« Innocentius etc. ... Venerabili fratri episcopo Maticonensi et dilectis filiis
Decano Gratiano nepolitano et Archidiacono Bellicensi, salutem et Apostolicam
benedictionem, gravem nobis, dilecti filii, Prior et Fratres Cantuanienses
transmittere querelam, quod cum monasterium Montismerulae ad eorum
ordinem de nostra speciali licentia sit translatum, Abbas et conventus
de Tugo Dei, Lugdunensis diocesis, nostras ad Abbatem de Firmitate ac
scios conjudices litteras impetrarunt, contentas quod dicti Cantuanienses
ipsum praefatum monasterium contra iustitiam spoliarunt, de licentia trans-
gredi ad dictum ordinem sibi ab Apostolica sede concessa, nulla ^{reputata} facta
habita mentione. Cumque prior Montismerulae proponeret eorum
iudicibus ante dictis, quod praefatae litterae veritas eorum debelanti,
tamquam expulso mendacio et suppressa veritate subrepta, ac demum
propter has et alias causas eodem Apostolicam appellante, tertio iudice
ipsius appellationi humiliter deferente, reliqui perperam in ipso
negotio procedentes, dictis Abbati et conventui adjudicare possessionem
monasterii supra dicti; et communicationis sententiam in preiorem ipsius
loci ac alios commemorantes eidem, donec ipsis pacificam possessionem
dimitterent, proferentes. — Cujus occasione processus, dictus Abbas de Tugo
Dei ad ipsum monasterium non parva monachorum et laicorum
caterva stipatus accedens, grangias et coetera quae invenit extra
monasterii ambitum, per violentiam occupavit, cum autem monas-
terium ipsum aperi vi occupare non posset, quidam qui se de Lug-
dunensi decani familia menteretur ad monasterium se perditionem
procurasse, cum eodem ipsius januae monasterii revertere fuissent,
quidam de Tugo Dei qui positi fuerant in insidias, cum clamore ac
stragitu introgressi, proseratorem domus qui portam aperuit, inter
ipsum

ipsam portam et parietem impie opprimentes, ipsum tam cappa quam
 cuculla, dei timore porposito, spoliarunt. Abbas vero ad celeriter resecutus
 primo euloriam ac deinde cellam rixariam et officinas alias occupavit,
 et cellas sacros destrui monachorum, ipsos subtrahere sibi victualibus
 famis necessitate coegit monasterium relinqueret soepe dictum. Licet
 autem Fratres cartusienis ordinis qui sunt testimonii apud homines
 et meriti apud Deum, et non custodimus eosdem nobis significare
 contraria veritati; ac etiam super hoc plerumque tam episcoporum quam
 aliorum, quibus fides est merito adhibenda, litteras receperimus;
 dictis eorumdem fratrum fore per omnia consonantes: ne tamen
 ab personarum favore ordinem iuris omittere videamus, cum
 merito causarum, partium altercatione pendatur; discretionis vestrae
 per Apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatenus vocatis
 qui propter hoc fuerint advocandi, quantumcumque poteritis sine judi-
 ciorum strepitu et gravaminibus partium, inquirentes super his et
 aliis quae coram vobis proponenda dixerint plenius veritatem, si
 vobis constiterit de praemissis, monasterium ipsum dictis cartusienibus
 restitui faciatis ac eis de damnis ac iniuriis irrogatis satisfactionem
 congruam exhiberi. Audiri postmodum si quid fuerit questionis,
 et illud sine debito, appellatione posthabita decideri; non obstantibus
 litteris quae super hoc nuper ad venerabilem patrem nostrum archiepis-
 copum Lugdunensem et Rorem Inuloe barbarica ac ad te, fratres episcopo,
 a sede Apostolica emanarunt; cum negotium, propter atrociores iniurias
 ipsi cartusienibus postmodum irrogatas, fuerit maxime aggravatum.
 Istos autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore, subtraxerint,
 per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis veritati testimo-
 nium perhibere. Quod si non omnes his exequendis poteritis interesse, tu tu
 frater episcopo, cum eorum altero nihilominus exequaris. Tu denique, frater
 episcopo, super talibus et credito tibi grege taliter vigilare procura, extirpando
 vitia et plantando virtutes, ut in novissimo districti examinis die, coram tremendo
 Iudice

Tudice, qui reddet unicuique secundum opera sua, dignam
possit reddere rationem. Datum Signice, 14^o cal. Aug. Pontificatus
nostri anno 16^o., (19 Julii 1213). —

Quid inde secutum sit, anno proximo narrabimus. —
Harum porro litterarum bajulus alias quoque ab Innocentio
eadem die datas Tancelino reddidit, quae non videntur carere
mysterio; ita ut conieciam ipsum Cartusiae Priorem verba haec
omnia in os homini Pontificis posuisse. Tancelinus enim, ^{per sanctos}
ac prosertim pacis amans, ut lis ab Abbate nostris intentata
curaretur quasi coactus permiserat. Advertens vero quosdam priores
tum de hoc, tum ex aliis inter nos & Histocienses ortis non ita pri-
dem disidiis, gravius quam Cartesiones deceret commotos sedam
Apostolicam frequentare, sensimque et quasi sone sensu ad litigia
delabi, jure timuit ne malum latius exasperet. Quamobrem sicut
ante 14^o anno ad Innocentium confugerat, ut personae ordinis a
quacumque extraneorum causa contra suam voluntatem cognos-
cenda eximerentur; ita et nunc ejus auctoritatem conhit implo-
randam, qua cohiberentur a nimia curiarum frequentia.
Consensit summus Pontifex, eademque die, ut diximus, quo prela-
tum diploma in nostram gratiam dederat, aliud juxta mentem
Tancelini scribi jussit, quo ut benignus pater, sed iratum
simulans, non in litigantes nominatim sed ex industria in
ipsum Cartusiae Priorem et conventum ejus invahens, exprobat
quod siverat in ordine « haberi judicia et causas »; hortaturque
ad antiquam ordinis simplicitatem terrandam, et ut magis
patienter injuriam, quam curias tam Romanam quam secularium
frequentent. Verbisque fors an aliis et quae meo ad eum in libello
supplici adhibuerat Tancelinus. Sed nunc Patrem filios corripien-
tem audiamus: « Innocentius de... dilectis filiis Priori
& fratribus cartusiensibus salutem et Apostolicam benedictionem.
Usque

Usque adeo vestrae Religionis odor haecenus se diffudit, ut tampta
 de vestra simplicitatis puritate fiducia, crederetur quod potius
 tolerare velletis quantumlibet ^{graves} injurias et jacturas, injuriam
 tibus pro satisfactione vel saltem collatione injuriae supplicare
 contenti, quam pro temporalibus judiciali strepitu litigare; ut pro
 qui Apostolicam sequendo doctrinam, docentem quod terram
 Dei non oportet litigare, sed esse manuum et patrum ad
 omnes, jam ad illam, credebamini perfectionem evasisse, qua
 unam percutienti maxillam, alteram proterere jubemur et
 tunicam auferenti etiam pallium exhibere. Vereendum est
 autem ne mutatus sit color optemus, cum jam tacendum homi-
 nem ambulatis, inter vos habentes judicia et fraudem pati
 ac injuriam accipere noscitis. Quod inde maxime procha-
 mimus esse verum, quoniam ab Apostolica sede plures com-
 munionel pro vobis infra quatuor proximis proteritos annos
 credimus emanasse, quam per viginti annos retro actis temporibus
 emanarint. Cum etiam contra vos saepe labundaverit iniquitas ma-
 lignorum, charitas tamen in vobis refrigerare non debuerit, quae
 jubetur usque ad inimicos extendi; veremur etiam ne familia-
 ritas quam Ordini vestro exhibere curavimus, vobis noceat forte
 in hac parte; dum de nostra plus quam expediret gratia procha-
 mentas ac idcirco abstantes eodem, causarum inextricabilis
 labyrinthos ingredi non timetis, vosque negotiis secularibus
 intermissa divina militia implicare, non attendentes quod
 Joseph in Aegyptia manibus claudum reliquitis narratur, quod
 eam nunquam legitis repetisse. Ne igitur qui spiritus coepistes,
 consummemini carne (quod alibi), universitatem vestram mon-
 emus attentius et hortamur, per Apostolica scripta vobis mandantes
 quatenus primariam originalem vestri Ordinis observantiam
 nullatenus deseratis, sed in Dei semitis, ipso dirigente, studeatis
 proficere,

proficere, gressus vastos et suorum viam currere mandatorum
mundana cum Apostolo arbitantes valet sterora propter Christum
quod vestra conversatio non solum vobis ad meritum, sed etiam
aliis, sicut coepit, proficiat ad exemplum. Pro certo scientes quod
si mentis aciem curaveritis floctore in vos ipsos, et vestrarum
conscientiarum angulos caudius persequari, quantum vobis
per hujusmodi causarum litigia intemporalibus cognoscetis
acrescere, tantum in spiritalibus decrescere sentietis. *vetum*
Significat 16^o cal. Aug. Pontificatus nostri anno 16^o. (19 Julii 1213.)

Hactenus Innocentii litterae, ex quibus quem sibi Tancelinus
pollicitus fuerat orantum processisse, aut certe malum non ita
grave fuisse, verissimillimum est. Et revera nostri, velut viri
prudentes et disciplinati, non solum non marmurati sunt sic
a Petre corrigi^{ki}; sed adeo moderatos in rebus gerendis causisque
tuendis postea exhibuere, ut a quibusdam nominatissimis
viris existimati fuerint voto religione se adstrinxisse ut nihil
sub iudice repeterent. Hanc enim de eis opinionem habuit
Hugo a S. Theodorico, cardinalis doctissimus, his temporibus
suppar. Sed certe voti hujus singulare caput, si re ipsa extitisset,
et Tancelinus Innocentio et Innocentius Cantuariensis
ingere debuisse, cum nihil fuisset ad determinandos
a litigiis eorum animos paratius validiusque. —

Page 382. Anno 1214, cum Abbas de Tugo dai iudices a
Sede Apostolica anno superiori ad causam inter eum et
Cartusiensem circa factum Montemeris domus cognos-
condam nominatos, variis ampliationibus et captiosis
effugis impedisset quominus sententiam ferrent, nec posset ulterius
tergiversari, rem amicorum arbitratu componendam proposuit.
Annuerent nostri ne cum Abbate in iudice agere viderentur. At
Ille non minus ab arbitris quam a iudicibus sibi metuens, illorum
judicium

judicium nova arte declinarit. Nam velut fuisse dextera incerta
mutatis, totam hanc controversiam Patrum, instantibus Ordinis Comitibus,
congregandorum conscientiae permittit, sua se dependens se domum
ordini restitutum, si eis ita videretur. Et ne captiosa eaderetur
ejus propositio, ipsam per modum transactionis scriptis voluit
mandari et partes utriusque firmari chirographo. Ad sunt igitur
generalia Comitibus, quibus et ipse cum Wilhelmo Saviniensi sui
ordinis et Joanne Bellocville instituti S. Augustini Abbatibus adfuit.
Ut utrumque de capitulum urbanitate, et a nostris pronuntiatum nec
aequum esse sibi expedire ut in sua causa jus dicant, laudemque con-
sentiant totam controversiam ad Raynaldum, Lugdunensem archie-
piscopum deferre, illius dirimendam arbitrio, scriptis propterea
compromissi in hanc formam tabulis:

« Anno ab Inc^{me} Domini 1214, 2^e cal. Maii (30 April) N. abbas de Jugo Dei,
consilii et assensu W. Saviniensis et T. Bellocville abbatum pro domo sua,
et R. dictus prior S. Montismerulae ex alia parte, autoritate et assensu J.
Prioris Cartusiae et capituli generalis, promittere quod starent absque omni
subterfugio cognitioni et iudicio Domini R. Lugdunensis archiepiscopi, super
controversia quae inter eos vertitur de domo Montismerulae et ad eam
pertinentibus, ea scilicet lege et pacto, ut usque ad Natalem Domini eorum
terminet et decidat concordia si potuerit; aut si non potuerit concordia,
per sententiam diffinitivam. Cognoscat autem de omnibus et iudicet secundum
formam et tenorem commissionis inde factae Domino Gislelmo Mathiscomensi
et T. Gratianopolitano decano et W. Bellicensi archidiacono, sane si
praefatus archiepiscopus cognitionem non susciperet, vel ea suscepta eorum
infra praedictum terminum, et supra dictum est, non terminasset; exinde
Iudices delegati plenam habeant potestatem procedendi in iam dicta causa
per omnia secundum formam et tenorem praefatae commissionis, cessante
videlicet omni contradictione et occasione suspensionis in persona cujuscumque
Iudicem delegatorum. haec scripta autem cognitione et aut recusat a Domino
Lugdunensi

Lugdunensi archiepiscopo, Priores ordinis Cartusienſis debent restituere domum
de Tugo Dei domum Montismerulae in eo ſtatu in quo erat tempore compositionis
factae apud Lugdunum; ſalvo ſcilicet in omnibus utriusque partis jure, quod
tempore dictae compositionis habebant, poſſeſſionis, proprietatis et damni
dati, ſeu aliaſ. Subſcripta omnia Abbas de Tugo Dei ſervatorem pro ſe
et capitulo juravit, et ejus mandato proſati Abbates ſe ſervari facturos
promiſerunt. Ordo quoque Cartuſienſis promittit omnia proſcripta ſe
ſervatorem et ſervari facturum. Actum Cartuſiae in generali capitulo. 75

At proſat Lugdunensis vel noluit vel, urgentioribus impeditis negotiis,
de latum ad ſe arbitrium recipere non potuit, quia mox cum lapſo compro-
miſſi tempore, cauſa ad Judices Apoſtolicos ſanctus devoluta eſt, in qua licet
Abbas conciderit, ex ma tamen nactum poſuit, ut videbimus anno proximo
ſequente. 77. —

Page 388. 11 Anno 1215, Pontius episcopus Matisconensis ab annis duobus
judex ab Innocentio delegatus, qui de Montismerulae caſa cognosceret, ſciens
Lugdunensem archiepiscopum arbitrium recusasse, auditis demique partibus
et teſtibus, monachos de Tugo Dei violentia in nostros illata convictos ad
proſatam domum restituendam ſua ſententia condemnavit. ſed monachi
contumaciores affecti, homines a judice ad eſpſendam loci poſſeſſionem,
miſſos turpiter eſecerunt. ſed ipſum audiamus episcopum cum ſuis
collegis rei ſeriam et ſtatem ſummo Pontifici eſponentem, ſcripta ad
ipſum ſequente epiſtola: 11 Sanctiſſimo Patria Domino Innocentio
Dei gratia ſacerdotum Romanae Eccleſiae ſummo Pontifici P. Matis-
conensis vocatus episcopus, J. decanus Gratianopolitani, W. Bellionis
archidiaconus, cum omnimoda ſubjectione reverentiam tam debitam
in Chriſto quam devotam. Litteras ſanctitatis vſtrae recepimus, juxta
quarum tenorem mandatum reſtaumpſe proſequi eſpientes, citavimus
partes ante noſtram poſentiam, certa die ſtatuata. In qua cum Abbas
de Tugo Dei ſe poſentem non ſaceret, quidam pro eo comparuit qui ad
declinandum judicium multa propoſuit et in reſcriptum plura objicit,
quae tamen

quae tamen privata esse videmus interlocuti et vana, tandem cum contra
dominum Matiscensem causam suspicionis idem proponeret, arbitri
qui de ipsa cognosceret a partibus sunt electi. Interim cum de eadem
coram arbitris tractaretur et necdum aliquid pronuntiassent, talis inter
partes pectus intervenit. Quod si generale capitulum, quod in proximo erat
congregandum, secundum peccas in Deum conscientias dicerent se posse
de jure domum Montismerulae retinere, eam abique querela de coetis
possiderent, et ideo Cartusianenses pro eadem domo qua fuerant spoliati felix
Albatus de Tugo, salvo jam dicto pacto, fuerunt investiti. Congregato
igitur capitulo generali et cognito quod convenerat interpretes, unani-
miter dixerunt in tua causa quamlibet judicare non esse honestum;
necdum ipsos, qui juris ignari et exercitatos in decidendis litibus
non habentes, tanto oneri et periculo sese subicerent, domo praedicta
quamvis justissima retenta, aperirent viam et darent materiam qua
facile possent eorum conscientiae judicio plurimorum, quamvis immerito,
denigrari. Super quo tamen, quod eis agendum esset Apostolicam sedem
consulere decreverunt. Venio quia transactione illa (non enim simplex
pacto vel gratia fuit qua domus jam dicta penes Cartusianenses remansisset),
liberi erant illi de Tugo Dei a damnis illatis et ab vere alieno quod
ibidem manentes contraxerant liberandi. — cum, inquam, transactio
illa nisi de consensu Capituli esse valida non posset, ea consensu partium
dissoluta, novo pacto ^{at} dictum est, quod totum negotium Montismerulae ad
cognitionem Domini Archiepiscopi Lugdunensis transferretur; sic tamen ut
ipse iuxta formam cognitionis nobis factae cognosceret, et a die Capituli
quo haec agerentur usque ad Natalem Domini, controversiam transactionem
vel sententiam terminaret. Alioquin ad nos recurreret cognitio et
definitio, nulla suspicionis vel cuiuslibet contradictionis causa ab
illis de Tugo Dei deinceps opponenda. Ex parte Domini Lugdunensis
cognitionem, aut nolente aut occupato majoribus recipere non
valente, capimus iterum injunctam nobis exequi mandatum;
et die partibus assignata, lite contestata super possessione domo, testes
recepimus

accepimus quos super violentia sibi illata Cartusiensis et produerunt,
et confessiones audivimus quos super eadem violentia Abbas de
Tugo dei faciebat. Cum igitur neutra pars novum aliquid proponeret
quod pertineret ad causam; et quia jam fore biennium a tempore
litterarum de commissione nobis facta susceptorum fuerat volen-
tiam, dignum duximus et justitiae congruum parcere sumptibus
partium et labori, controversiam definitione legitima terminando.
Qua de re per confessiones Abbatis de Tugo et testes Cartusiansos
de violentia Cartusiensibus ab illis de Tugo illata certioribus effecti
sententiam tulimus, qua precepimus Abbatem de Tugo et domum
Montismerulae restitueret Cartusiensibus; et similiter fieri de
grangis et omnibus possessionibus ad eandem domum pertinens-
tibus judicatum. Omnia quoque in eum statum redicenda
deceperimus quo fuerant tempore violentiae irrogatae. Sententia
vero lata, quidam ex parte Abbatis de Tugo appellavit dicens
partem ejus gravatam eo quod Abbatem Lyonensem, cui domus de
Tugo dei subiecta erat et idco ejus intererat ad esse causae, quan-
tumvis litteris ab eo super hoc receptis commotum cum nimis,
et quod causa non nisi inter Abbatem de Tugo et Cartusios et
nobis fuerat delegata dicendo nolimus expectare. Adjecit
etiam quod Cartusiansos confusi fuerant in iudicio Abbatis
de Tugo non per violentiam sed autoritate priorum iudicium,
possessionem Montismerulae assuetam; sed nec istud admi-
simus, quia in contrarium per ejusdem Abbatis confessionem
nobis de violenta possessione constabat, et ita utramque
appellandi causam diximus nullius esse momenti. Ad
inducendos vero Cartusiansos in possessionem Montismerulae
et de Baveris missos a nobis non solum non admissos, sed et
illis de Tugo dei contumaciter est repulsus, licet in contradictis
omnes et rebelles ex communicationis sententiam tulissimus,
quorum contumaciam attendentes fecimus ab ordinario eos
per vicinas

per vicinas ecclesias excommunicatos denunciari. >>

Quid vero tunc pronunciarit Innocentius a Commissariis sic adactus, non invenimus; immo vixit et cum Concilio Lateranensi celebratione occupatus, cum huiusmodi tunc neglexisset. Constat enim monachos de Tugo Dei Montemmerulae adhuc per quinque annos detinuisse, quem tantum nostris restituerunt anno 1220, et ibidem facta dicitur sumus. >>

Annales III. pag. 455-458. // Hoc domique anno (1220.) longa illarum molesta discordia, quae tot agitationes et motus inter et monachos Benedictinos de Tugo Dei ab annis decem excitata fuerat, partium pugnantium applausu feliciter his proscriptis conditionibus sopita est: Namque ut domus Montemmerulae Cartusiensibus restitueretur, monachis de Tugo Dei quadam villam seu grangiam sibi reservantibus. Huius transactionis auctor factus Raynaldus, archiepiscopus Lugdunensis, cuius adiutores fuerunt Durannus, episcopus Cabillonensis, Willalmus et Toannes Saviniensis et Belloc, illos abbates. Hanc receperunt Aymo Abbas Tugi Dei et Toannes prior ejusdem, sui conventus nomine; ex parte nostri ordinis, Raynaldus et Ogierus Sallianus et Siligniaci Priores. Harum partium tabulas ab Honorio summo Pontifice ad nostrorum instantiam quinque annis post confirmatas, subjectionis eodem quo apud Guichenonem tenore conceptas reperimus.

« Honorius de... dilectis filiis Priori et fratribus Cartusien-
sibus salutem et Apostolicam ^{benedictionem} dilectionem, ea quae iudic-
re concordia terminantur, firma debent stabilitate persistere,
et non in recidivae contentioni scrupulum celabuntur, Apostolicis
convenit proesidio communiti. Ea propter, dilecti in Domino
filii, vestris justis postulationibus grato concurrenter assensu,
compositionem quae inter vos ex parte una, ab dilectis filiis,
Abbatem et conventum monasterii de Tugo Dei ex altera, super
domo

Domo Montismerulae, quae alio nomine Vallis S^{ti} Stephani appel-
latur, mediante venerabili patre nostro H. Lugdunensi archie-
piscopo amicaliter intercessit; sicut sine praesentate proinde
facta est et ab utraque parte sponte recepta et hactenus pacifice
observata (ut in instrumento exinde confecto sigillo ejusdem archie-
piscopi roborato, cujus tenorem de verbo ad verbum praesentis paginae
facimus annotari, plenius continetur) auctoritate apostolica
confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus.
Tenor autem instrumenti ejusdem est talis: « Raynaldus
Dei gratia primos Lugdunensis ecclesiae minister humilis,
omnibus in perpetuum, quod coram nobis pia intentione geritur
ne cujusquam dolo vel versutia perventur vel annis tante
labentibus oblivioni tradatur in posteram, dignum ducimus
litterarum adminicula communiri. Nos igitur universi
praesentes et futuri, quod cum controversia vertetur inter
domum Cartusianam ex parte una, et domum de Tugo Dei
ex altera, super Domo Montismerulae et diebus et agitata,
tandem Raynaldo et Ogerio bellionis et Vallis S^{ti} Martini
prioribus, qui speciale mandatum a Domo Cartusiae super
eadem causa ad agendum, transigendum, saepe alias qualiter-
cumque faciendum, saepe per litteras sigillo Cartusiae munitas
habere monstrarunt, et praeterea Rymone Abbate et Joanne
prioris de Tugo Dei pro se et toto conventu, in nostra praesentia
constitutis, partes in hoc unanimiter convenerunt, ut quicquid
juris in dicta domo et ad eam pertinentibus habebant in
nos transferant; concedentes expresse et bona fide quod
quidquid inde faceremus, actum et firmum sine contradictione
perpetuo servarent. Facta itaque ab utraque parte juris
sui et possessionis in nos transference et investitura, nos
de consilio venerabilis patris nostri Duranni Cabillonensis
episcopi, Willhelmi et Joannis Saviniacensis et Bellocvillos
Abbatum,

Abbatum, et aliorum prudentium nobis assistentium, pro
de qua his fuerat taliter divisimus inter eos, videlicet, ut domus
Cartusie perpetuo et pleno jure habeat et pacifice possideat
domum Montismerulae cum omnibus ad eam pertinentibus
tam immobilibus quam mobilibus et se morantibus, realibus
juribus, libris etiam et ornamentis ecclesie et cartis sigillatis
et non sigillatis, excepta grangia de Chirroua, que cum
omnibus ad eam pertinentibus, tam immobilibus quam
mobilibus et se morantibus que modo sunt in eadem grangia,
domui de Tugo Dei perpetuo habenda concedimus et perpetuo
pacifice possidenda; ita tamen quod de animalibus et de
precibus ejusdem grangie domus Montismerulae tertiam
partem habeat cum integritate. Proterea precipimus
quod si forte contingeret ut ordo Cartusensis domum Montis
merulae ad alium ordinem transferre vellet, non possit,
nisi ad domum de Tugo Dei; neque illi de Tugo Dei ex tunc
alium ordinem possunt ibi statuere, nisi suum. Secundum
quoque quod de pecunia quam videlicet nobilis Guigo, dominus
Baugiaci, habuit, statuimus ut quicquid de ipsa recuperare poterint
inter se equaliter dividant dictam domum. Videri etiam fuit quod Cartu-
sienses dominum Ulricum de Baugiacis dictam grangiam domui de Tugo
Dei concedere facerent et confirmare; et bona fide precibus quantum
possent inducerent Alexandram comitissam ut eandem grangiam
dictae domui permittat pacifice possidere; et illi de Tugo Dei debent testi-
ficari domum Montismerulae ad ordinem Cartusienum pertinere,
et de omnibus ad eandem domum pertinentibus eos bona fide certiorare.
Item dictum fuit quod domus de Tugo Dei de debitis domus Montismerulae
nonteneatur; ad hoc facimus manifestum quod nos per venerabilem
patrem nostrum Duranum, Cabilonensem episcopum, partes in
possessionem rerum sibi assignatarum facimus induci iuroralem,
et ne super praemissis aliqua valeat in posterum questio suboriri, nos
ad presens

ad preces partium presentem cartam per alphabetum divisam inde
fieri et sigillo nostro facimus in testimonium roborari. Actum anno
domini 1270, datum per manum Antoloni cancellariū nostri.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirma-
tionis infringere, vel ^{ei} causa temerario contraire. Si quis autem hoc
attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum
Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum
Anagnino, XI^o nonas octobris, pontificatus nostri anno octavo. » —

(1274, 2 octobris). — Hartmannus Annales ordinis. —

Prieurs de Montmerle. —

ou, ~~ou~~ Val St Etienne. —

1210-1215. — D. R. (Raynaud?). —

Le 30 Avril 1214, R. prieur Montmerle et l'abbé de Tong-Dieu font un compromis et choisissent l'archevêque l'archevêque de Lyon comme arbitre. —

1220. — D. Ogier. —

D. Ogier est prieur de Montmerle en 1210, selon Guigues. — D. Ogier prieur de Bonlieu en 1211, est de Selignaie le 28 février 1212, est une deuxième fois de Selignaie 1219, 1220, et de Montmerle la même année 1220. L'on ne sait s'il y est resté longtemps. —

1231, — D. Martin. —

En 1231, Raynaud, seigneur de Bâgé, prend sous sa garde Montmerle, son prieur D. Martin et la communauté. —

1242-1246. — D. Pierre. —

En 1242 et 1246. D. Pierre est prieur, selon Guigues. —

1254. — D. Ponce. —

Le cartulaire de Châtcause a comme prieur de Montmerle en 1254 D. Pō. —

1264. — D. Martin. —

D. Martin est prieur en 1264, selon Guigues. —

1271. — D. Henri. —

D. Henri, prieur de Montmerle, assiste au chap. gen. de 1271. Annales (17. 296.)

1286. — D. Pierre. —

D. Pierre est prêtre en 1286, selon Guigue. —

25 nov. 1296 — 1299, 21 Janv. — D. Guichard. —

En 1296, 25 nov. D. Guichardus, prior Montis marculi, est témoin dans la chartre de fondation de Currière. Le même est encore témoin, le 21 janvier 1299, dans une donation faite à Currière par Arnould d'Entramont. — (Annales IV. 437 et 456). —

1306. — D. Guy. —

D. Guido, prior Montis marculi, est définitif au chapitre général de 1306. (Annales IV. 526). —

1310. — D. Jacques. —

D. Jacobus, prior Montis marculi, exa le prêtre de Notre-Dame de Marie, est arbitre, en 1310, entre la chartreuse et Chalais; ils rendent leur sentence le 23 Mai 1310. — (Annal. V. 27). —

ch. 1335. — Prior Montismerulae illum redditum qui mortuus est in apostasia
si in extremis petuit reconciliari et absolvi, ordini reconciliatum absolvat
a sententia excommunicationis et post anni decursum ad terram trans-
ferat benedictam. —

... hanc de terra ...

ch. 1338. Prior Montismerulae habeat consilium, vel haberi faciat in Lugduno
vel Masicone (Matiscone!) ubi invenire poterit copiam peritorum, si
possimus excusari per privilegia nostra de prestandis subsidiis legatis
Sedis Apostolicæ, et priores provincie Lugdunensis, a quibus petitur
dictum subsidium, contribuunt in expensis faciendis ^{pro} dicto consilio
habendo vel proseguendo appellationem si oporteat appellare. —

— 1362. — D. Jean Galioni. —

ch. 1362. obit D. Joannes Galiani prior d. Montismerulae,
qui habet tricennarium. —

ch. 1365. Provinciam Gabonnensem visitabunt Piores Montis
meruloe et Siligniaci.

— 1400. — D. Pierre Cornet ou Conat. —

ch. 1393. Proficimus in priorem D. Lancee D. Petrus de
Bagiaci monachus D. Montis meruloe. ch. 1402 D. Petrus de
Bagiaci prior Lancee fit prior Vallis clusee. ch. 1403 prior Vallis
clusee absoluitur. —

ch. 1400. obiit D. Petrus Conati (Cornati. T.C.) prior D. Montis
meruloe

— 1418, 8 Aug. — D. Boniface de Gorzano. —

ch. 1407. Proficimus in vicarium D. Bertandi D. Guillelmum Boilati
sacristam D. Montis meruloe. ch. 1408 Vicario D. Bertandi D. Guillelmo
Boilati, attenta eius felici sanctitate fit inia, est mortuus ch. 1429,
ch. 1413. D. Guillelmus de Heplunge monachus Montis meruloe
fit vicarius Bertandi, absoluitur 1414 et obiit ch. 1418.

ch. 1414. D. Guillelmus de Ponte monachus Montis meruloe fit
vicarius Bertandi. ch. 1415 fit prior Durbonis, ch. 1416 fit prior
Montis

Montis Das et 1919 prior Montis B. Mariæ obiit et ch. 1421, —
ch. 1411, 1412 et 1413. Priori d^s Montis merulae non fit mia.
ch. 1414. Priori d^s Montis mer. non fit mia. et Prior Paci visitant eum post
Capitulum indilata. — ch. 1416. Priori d^s Montis mer. non fit mia. — est
nommé 1^{er} visitant jus qu'à sa mort. — Priori d^s Montis mer. non fit mia.
ch. 1419. obiit D. Bonifacius de Gorzano prior d^s Montis merulae,
Dadum profus Cartusice, qui habet tricem. et armiv. per tot. ord.
obiit 8 Augusti. —

Annales VII, 419: « Obiit die 8^a Aug. (1418) Bonifacius de Gorzano
Burgundice visitator et prior d^s Montis merulae, cui et tunc provic-
-ice ante quinque annos, ex procuratore Majoris Cartusice,
sue professionis, prefectus fuerat. — (Dont en 1413 fut nommé
prior de Montmerle). Ille et ajus efflagitate Bonifacius Perceci
tractatum edidit, quo rationem reddidit cur pro ea in ordine
Cartusienis patrantur miracula. Anniversarium perpetuum,
habuit per totum ordinem, et d'après les chartes de ce chapitre fut
ce plutôt visitant en 1415, car en 1413 et 1414 les visiteurs sont les
priores d'Arvières et Bailon en 1413 et Bailon et Pierre châtél en 1414.

D. Boniface était de Lurin et possédait des bénéfices ecclésiasti-
-ques avant de se faire chartreux, fit profession à la maison
Mère en 1402 ou 1403. — fut 2^e visitant au chap. de 1416. —

En 1418 alla à Pignarol, où un prince de Savoie voulait fonder
une chartreuse, mais ce prince étant mort, l'affaire n'eut pas
de suite. — La mort de Louis prince d'Achaïe est noté dans la
ch. de 1419. —

1418-1421. — D. Jean Boilet ou Bolliet. —

ch. 1421. obiit D. Joannes Bolieti monachus et prior d^s Montis
merulae. —

1421-1453, 8 Janv. — D. Guy Boilet ou Bolliet —

ch. 1422. Priori Dⁱ Montis mar. non fit m^{ia}, / it commissarius, d. 1423. Priori
Dⁱ Montis mar. non fit m^{ia}, et de grangia nova, habita relatione commis-
sario rum, confirmatur locatio de ipsa facienda. — (Le prior est 1^{er} définitur)
ch. 1424. Priori Dⁱ Montis mar. non fit m^{ia}. Et committitur prioribus
Arverniae et Petri Castellae ut quamcunque commode poterunt dictam
domum habeant visitare. — Au chap. 1425 le P^r est 3^e définitur.
ch. 1425. Priori Dⁱ Montis mar. non fit m^{ia}. Prior Dⁱ Vallis clusoe solvat
domini Montis merulae & florensi pro expensis D. Stephani de Mail-
liaco ibidem incarcerati et quod minus est et quae expensit dictus
prior Montis merulae in captione dicti Stephani sit amore Dei.
In casibus in prioram Calcei D. Joannem charoniam professum
Dⁱ Montis merulae. — ch. 1426. Priori Dⁱ Montis mar. non fit m^{ia},
(In D^o Vallis clusoe) et injungitur presidente dicto D^o ut de expensis
taxatis anno proterito et solvendis domini Montis merulae pro
D. Stephano de Mailliaco incarcerato satisfaciat hinc ad festum
proximum beati Michaelis, alias de poena provident visita-
tores. — (In D^o Sylva benedictae) committitur prioribus Montis
merulae et Petri Castellae ut in recessu capituli habeant dictam
domum visitare. — Prior fit 1^{er} visitator. — Au chap. 1427 le prior
est 1^{er} définitur, ch. 1427. Priori Dⁱ Montis mar. non fit m^{ia}, Et b. Joan.
Artalet hospes ibi vadat ad domum Sylva benedictae ad ordinis
voluntatem. — ch. 1428. Priori Dⁱ Montis mar. non fit m^{ia}.
Au chap. 1429, le prior est 1^{er} définitur. ch. 1429. Priori Dⁱ Montis mar.
non fit m^{ia}, Et D. Georgius profanus dicto D^o non inter cognoscitur
dicto D^o nec loquatur cum nobilibus patriae et maneat in una
cella claustra sicut solebat. — ch. 1431. Priori Dⁱ Montis mar. non fit
m^{ia}, et committitur visitatio dicto D^o Priori Dⁱ Bellionis et Vicariis
salutarum quamcunque fieri poterit. — ch. 1432. 1434, Priori Dⁱ Montis
mar. non fit m^{ia}. Au chap. de 1435, le prior est 1^{er} définitur. (Les définiturs
de 1430. 1431. 1433 et 1437 manquent) d. 1435. Priori Dⁱ Montis mar. non fit m^{ia}.
(In D^o)

In d. Silveca lauditor) et injungitur sibi (priori) ut solvat domui Montis
merulae unum florenum tam pro expensis factis tam in domo quam
in via revertendo ad domum Silveca per D. Joannem de viriacor. —
ch. 1436. Priori d. Montis mer. non fit mia. et injungitur prioribus domorum
Fontanete et Divionis ut in recessu de Capitalo dictam domum
habeant visitare. — Au chap. 1438, le prior et auditur Comjutoribus. —
ch. 1438. Priori d. Montis mer. non fit mia. — Proficimus in priorem Bone
pidei D. Joannem Boliet monachum profatum d. Montis merulae,
ch. 1439. Priori d. Montis mer. non fit mia. Proficimus in vicarium d.
de Polotans D. Jacobum Goffat ibidem hospitantem, qui cum consilio
Prioris d. Montis merulae visitatoris habeat illam domum gubernare.
Le prior et remis^{1er} visitur. et ait redex anu. convitandus da 1436 à 1439.
Au chap. 1440 le prior est referendaire. — ch. 1440. Priori d. Montis mer.
non fit mia, et solvat creditoribus dictae d. quam citius commode poterit
aut cum ipsi dilationem oportunitam obtineat talem quod non ha-
beant capitulum infestare. Et nihilominus pro conventu d. suae
s. scilicet fr. Patri Salonis in d. Apponiaci hospitanti solvat priori dictae
d. pro lecto et aliis vestimentis necessariis sex salucia; loco ejus
teneat in d. sua D. Joannem Cosson presbiterum dictae d. Apponiaci.
(Dans ses extraits D. Chauvet a: « Prior d. Siligniaci solvat sex salucia
etc. de sorte qu'on peut se demander si cet article va à Belignac ou à Montmerle.
Le copiste de la carte, ou D. Chauvet s'est trompé. Il faudrait voir la carte originale.)
Au chap. 1461, le 1^{er} est le 2^e définiteur. — ch. 1461. Priori d. Montis mer. non fit
mia. (In d. Bellionis) et injungimus prioribus Montis merulae et Siligniaci
ut quam citius poterunt dictam domum habeant in forma ordinis visitare,
et si opus fuerit personas impertinentes aibi in propria provincia collocare.
(In d. Bonafidis). et D. Joannem Boliet ibidem hospes vadat ad domum s.
Cucis in Tareis ad ord. voluntatem. — Au chap. 1462, le prior est auditur des
comptes. — ch. 1462. Priori d. Montis mer. non fit mia. (In d. Petralastri) et com-
mittimus priori Montis merulae ut quam citius commode poterit ad domum
Patris Casbi personaliter se transferat et tandem ibi resideat quousque Armo
chappelli

Chapelle, donatus dictae dⁿⁱ Petricae castri, rationem computorum suorum sibi
ostendat, et excusationem habeat fulere generali capitulo presentandam, quod
si dictus Aymo facere sebler fugiat indilate dictas visitationes cum eodem donato
ad dⁿⁱ Petricam Cartivie pro remedio oportuno accedat. — (Ind^o Petricae dⁿⁱ Hugonis)
Et d. Petrus Yassad ibidem hospes vadat ad domum Montis merulae nec professionis, —
ch. 1443. Priori dⁿⁱ Montis mer. non sit m^{ia}. (Ind^o Arvernia) Et d. Petrus Tracti ibidem hospes
si non vult in dicta domo remanere, revolvatur ad domum Montis merulae
suae professionis, loco cuius prior Montis merulae visitator habeat cenam mona-
-cham de provincia sua ad domum Arverniae quam citius mittere. —
ch. 1443. Priori dⁿⁱ Montis merulae non sit m^{ia}. (Ind^o Bellionis) et declaramus d. Jean-
-nem Aris profat^o dⁿⁱ Bellionis verum esse profatum et nullatenus ad domum
Montis merulae pertinere. — Proficimus in priorem dⁿⁱ dⁿⁱ Crucis d. Joannem
Belieti a priorate dⁿⁱ Bonafidai absolutum. — An. chap. 1445, le prieur est 2^e definitant.
ch. 1445. Priori dⁿⁱ Montis mer. non sit m^{ia}. — An. chap. 1446, le prieur est 2^e definitant.
ch. 1446. Priori dⁿⁱ Montis mer. non sit m^{ia}. — An. chap. 1447, le prieur est 2^e definitant.
ch. 1447. Priori dⁿⁱ Montis mer. non sit m^{ia} et injungimus sibi quatenus in necesse
a capitulo, cum solo quem dixerit eligendum, domum Petricae castri habeat
in forma ordinis visitare, et quoscumque praesumptores seipsos et alios
inquietantes taliter punire, quod cedat omnibus ad exemplum. —
ch. 1448. — Priori dⁿⁱ Montis merulae non sit m^{ia}, et de non veniendo ad capitulum
propter suam infirmitatem, habemus cum excusatione. — An. chap. 1449, le
prieur est 2^e definitant. — ch. 1449. Priori dⁿⁱ Montis mer. non sit m^{ia}. —
ch. 1450. Priori dⁿⁱ Montis mer. non sit m^{ia}, et de non veniendo ad capitulum propter
indispositionem praesentem nec ipsum habemus excusationem. — (Ind^o Portanum)
et committimus prioribus domorum Montis merulae et s. ligniaci visitato-
-ribus, quatenus visitationem dictae dⁿⁱ dudum factae ipsos ineptam, et non
sine causa rationali intermissam, habeant quam citius comanda poterant
efficaciter terminare. — An. chap. 1451, le prieur est 2^e definitant. —
ch. 1451. Priori dⁿⁱ Montis mer. non sit m^{ia}. (Ind^o yglorae) et injungimus prioribus
s. ligniaci et Montis merulae, visitatoribus prov^o Burgundiae, ut post capitulum
dictam domum habeant visitare. — (Ind^o Petricae castri) et injungimus
prioribus

prioribus domorum Montis merulae et Saligniaci visitatoribus ut quam
citius commode poterant dictam domum habeant in forma ordinis visitare
cuius plena auctoritate capitali generalis, — ^{h. 1452} Priori d. Montis mer. non fit mia.

D. Guy est mort en charge le 8 Janvier 1453. —

ch. 1453. Obiit D. Guido Bolieti prior d. Montis merulae, visitator principalis
provinciae Burgundiae, habens plen. monach. potest. ord. obiit 8 Janvier. —

Fut covisitator 1422-1426 et 1436-1439 et visitator 1426-1436 et 1439-1453. —
dona 31 ans dans l'office de ~~visitator~~ et 32 ans prior. —

Définitaire en 1423, 7^e, 3^e en 1425, 1^{er} en 1427, 1429 et 1435. 2^e en 1439
1441. 1445. 1447. 1449 et 1452 — 11 fois définitaire. — Auditores des
comptes 1438 et 1442, et Referendaire 1446. 1448. — 2 fois et de malade.

145 — 1482. D. Claude Marinier - (Massinard), —

Au chap. 1453, le prior est coadjuteur du chancelier. — ch. 1453. Priori d. Montis
mer. non fit mia. Au chap. 1454, le prior est cancellarius. — ch. 1454. Priori d. Montis
mer. non fit mia. — ch. 1455. Priori d. Montis mer. non fit mia. ch. 1456. Priori
d. Montis mer. non fit mia. Au chap. 1457, le prior est referendaire. ch. 1457. Priori d.
Montis mer. non fit mia. — ch. 1458. Priori d. Montis mer. non fit mia. Prior fit
covisitator. — ch. 1459. 1460. Priori d. Montis mer. non fit mia. Au chap. 1461, le
prior est referendaire. ch. 1461. ch. 1461. Priori d. Montis mer. non fit mia.
(In d. Saligniaci) quam (dicta) prioris si canonica fuerit, confirmabunt
priori domorum Saligniaci et Montis merulae visitatores. — D. Jean cha-
vanier est envoyé de Saligniac à Chalais. — ch. 1462. Priori d. Montis mer. non
fit mia. Et b. Johannes Malabardi vadit ad hospitium ad domum de Poletens
ad ord. voluntatem. — Vicarius absolutus a d. de Poletens revertatur
ad domum Montis merulae sine professionibus. — ch. 1463. Priori d. Montis mer.
non fit mia. Au chap. 1464, le prior est coadjuteur du chancelier. — ch. 1464. Priori
